galiter omnibus inscribendo cum suis successoribus memoratum obligatorium suis
sive eius successores occasione bonorum modo ut supra obligatorum ab omni im-
pedimento iuridico et iniuridico omnium et singularum personarum pro-
pinquarum et remotarum utriusque sexus status et cuiusvis conditionis exi-
stentium per omne tempus tenutae eius toties quoties opus et necessarium fue-
rit, tueri defendere, evincere, liberare, intercedere, pacificare tam
per se quam per quascunque submissas et subordinatas personas nec in-
quietare nec impedire sub vadio similiter aliorum quadraginta florenorum in casu
non evictionis seu impeditae possessionis ad solvendum irremissibiliter succumben-
do. Et coram officio praesenti in primo citationis termino peremptorio respon-
sione praevadio ac citatio omnibus satisfactione. Omnibus controversiis ex-
ceptionibus allegationibus evasionibus vera vel simplici infirmitatibus motioni-
bus appellationibus ac earum quibusvis prosequutionibus aliisque in universum cun-
ctis iuris remediis et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure conces-
sis sibi se et suos successores ibi absorbendo et abrenunciando.

Moczydły Pszolki Donatio.

Coram officio et actis praesentibus castrensibus capitanealibus Braniscensibus personaliter comparentes Nobiles
Joannes et Nicolai Koc Adam et Stanislai Leszczynska Eva Leszczynska
consors olim Stanislai Czarkowsky cum eiusdem mariti sui ibi tunc coniugatis
personali astantia et consensu praesentanea sana mente et corpore existentes palam
publice ac libere recognoverunt et quilibet eorum suo pro interesse recognovit,
quia Nobili Adamo olim Jacobi et Mattheo ob Leonardi Moczydlski totam
et integram sortem suam in bonis Moczydły Pszolki sitis superiore post olim No-
bilem Paulum Moczydlski patruum ex linea materna sterilitate decessum iure natu-
ralis successionis devolutam in areis hortis agris pratis campis sylvis gajis
rubetis cum omnibus utilitatibus fructibus attinentiis et pertinentiis ad illam spectantibus
pro se et successoribus suis reservando et excipiendo pura mera sincera et irre-
vocabili donatione temporibus perpetuis dedit donavit inscripsit et irrevocabi-
liter resignavit. In cuius dictae exinde realem cum actuali ac pacifica possessione
per ministerialem Generalem Regni et nobiles duos officio praesenti acceptatos dat et admittit. Submit-
tentque se ac de bonis generaliter omnibus cum posteritate sua inscribunt me-
moratos donatarios suos et eorum successores occasione praemissorum ab omni im-
pedimento iuridico quarumlibet personarum propinquarum et remota-
rum cuiusvis sexus status et conditionis existentium per et ultra omne tempus pro-
ut praefates toties quoties opus et necessarium fuerit tueri, defendere, evincere, li-
berare, pacificare, intercedere tam per se quam per quoscunque submis-
sas et subordinatas personas nec inquietare sub datione ponto simplici
verbo absque corporali iuramento taxato et edicendo. Et coram officio ca-
strensi Drohiciensi in primo citationis termino peremptorio responsione omnibus
controversiis exceptionibus allegationibus evasionibus dilationibus infir-
mitatibus motionibus appellationibus ac earum quibusvis prosequutio-
nibus aliisque in universum cunctis iuris remediis et defensis lega-
libusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores ibi
absorbendo et abrenunciando. Sed prout ea sors devoluta in se habet exceptis
aliis bonis ibidem se concernentibus.